

Nunc occupatus sum in examinando plantas hybridas; nisi fallor, valdè multæ ejusmodi occurrunt; nihil tamen audeo pro absoluto statuere, sed exempla præferam quæ suadent tam paradoxam sententiam; alii dijudicent quid faciendum. Vidi singularia de hæc sententiâ in *Ericâ*, *Mesembrianthemis*, *Geranio pedunculo unifloro Sibirico*, *Diosmate*, *Dracocephalis*, *Urticâ piluliferâ*, *foliis serratis et non serratis*, *Cyano Turcico luteo et purpureo*, *Glaucio*, aliisque.

Quæso, cures ut aliquis proximo anno observet in arbores, quibus diebus veris folia explicant et è gemmâ frondescunt, præsertim in iis arboribus, quæ apud nos crescunt vel spontè vel in hortis, et omninò in *Betulâ*, si adsit, *Fraxino*, *Quercû*, aliisque: item, quo die *Hordeum polysticum vernum* apud vos seritur, et quo die idem maturatum disseccatur eodem anno in eodem agro. Hæc, quæso, cures ut aliquis observet et mecum communicet*.

Dabam Upsaliæ, 1750, 21 Augusti.

* De Sauvages fit ces observations, et il en résulta que l'été de Montpellier est plus long de deux mois que celui d'Upsal, que les arbres communs à ces deux pays poussent leurs feuilles trente jours plutôt à Montpellier qu'à Upsal, que l'automne doit présenter la même différence dans les deux climats; et qu'enfin, à Montpellier, les plantes